

Kopna Dekretu Symeonego Alexandrowskiego.

Alexander Dei gratia Rex Polonia Magnus Dux Lithuania Russia
Prussia Samogitia Cypria Domerania etc. Dominus et heres.

Significamus tenore presentium universis et Singulis quibus expe-
dit presentibus et Futuris horum notitiam habituris quia Agentibus
nobis in Conventione generali Præstensi cum Dominis et Consilia-
riis Magni Ducatus Lithuaniae venit ad nostram præsentiam Au-
guustinus Pater Joannes Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Au-
gustini Monasterij Sanctæ Trinitatis in Præstensi Prior nomine Con-
ventus sui proposuit in querela quia quamquam iam pluribus
Annis Illustrissimus Princeps Alexander dictus Vitold olim magnus
Dux Lithuaniae Antecessor noster dicto conventui pro laude Divi-
na augenda totam ac integram Villam dictam Kostomloty in Districtu
Præstensi cum omni jure perpetuæ et in ævum dedit et donavit
prout Privilegium vel litteræ Donationis super eadem villa adiectæ
Illustrissimo Vitoldo eidem Conventui datæ et per nos renovatæ et Confirma-
tæ latius canunt. Tamen quidam Philippus Kostomlotki qui in ea-
dem villa duntaxat medietatem Lanee etiam ab eodem Illustrissimo
Vitoldo majoribus suis datam habens sup. spectie medietatem Lanee medie-
tatem dictæ villæ Kostomloty nullo jure sed vi et temerarie occu-
pavit et possedit et possidens eandem medietatem villæ multas in-
jurias dicto Conventui fecerat ita quod Processatorem et reliquos dicti
Conventus quosdam interfecerat, alios vulneraverat, in damnum ma-
ximum Fratrum dicti Conventus imo etiam in detrimentum Sancti-
simæ Religionis Christianæ quæ omnia sic fieri dictus Prior no-
bis et iudicio nostro sufficienter declaravit et probavit ita quod dictus
Philippus de omnibus in iudicio nostro convictus pro Pœnis
in quas inciderat et quæ in eum decesserunt et de medietate Lan-
nee quam in dicta Villa Kostomloty habebat coram nobis et iudi-
cio nostro dicto Priori et conventui suo cessit, et renuntiavit, igitur quorum
interesse violentias prohibere, et ius suum unicuique tribuere et cum
omnium subditorum nostrorum tum maxime religionem
proficientiorem

proptertium quo ipsi Divinis Laudibus quietius intendant Laui et
otio providere habita de his super additis rebus sufficienti Con-
sultatione cum Consiliariis nostris pro dicto Priore et Conven-
tu suo sententiam tulimus in hunc modum qui sequitur.
Cum Religiosus Pater Joannes Ordinis S. Augustini Fratrum
Eremitarum Monasterii Sancte Trinitatis In Prome Prius No-
mine Conventus sui plenas et perfectas Literas Donationis
Dicto Conventui per Illustrissimum Principem Alexandrum
Dictum Titulo Magnum Ducem Lithuanicus Antecessorem
Nostrum perpetue Datas super totam et integram Villam dictam
Kostomloty preter medietatem Laney dicti Drojarski eorum
nobis et Consiliariis nostris protulerit et ostenderit et Nobilis Phi-
lippus Kostomtucki ad quem preter medietatem Laney de dicta
Villa nihil pertinebat, iudicio convictus pro Penis in quas pro-
pter injurias et homicidia inciderat dicto Conventui ex medietate
supra dicti Laney quam dicta villa Kostomloty legitime pos-
sidebat iudicio cogente ceperit. Nos cum Consiliariis nostris
totam ac integram eam villam Kostomloty et eam medietatem
Laney dicti Drojarski dicto Conventui perpetue et indevum
adjudicamus et assignamus per presentes cum omnibus et sin-
gulis utilitatibus, censibus, redditibus hominibus, Agris cultis seu
colendis Silvis Proris nemoribus Avibus Auminibus Piscinis, lac-
ubus, Rubetis Paludibus, Pvis, Molentinis constructis sive constru-
endis et feneraliter cum omnibus et singulis Usibus et Instructibus
Iidem nunc et ex antiquo commiserentibus et in futurum pendiis quibus
cumq' nominibus nuncupentur. Ita late et longe et circumferentia-
liter prout dicta villa et dictum medium Laney consistebat et prout
idem Philippus medietatem ejus quam nullo jure tenebat videli-
cet a Prutysze usq' ad vallern dictam Kozielnia
et a Kozielnia usq' ad Humen Kopytowka dicto
Conventui habendam, tenendam, possidendam, vendendam, alienan-
dam, et ad usus suos beneplacitos convertendam, prout eidem
Conventui melius et utilius videbitur expedire pacifice et quiete per-
petue et in devum Ita ut de cetero neq' dictus Philippus nec suus
quisqum, fmg

Imo nec quisquam alter Dictum Conventum pro dictis bonis que
 quo modo inquietare audeat, sub Pena Trecentarum sexagenarum
 Prostarum Numeri et Monetarum in Magna Ducatu Lithuanie cur-
 rentis Nobis et successoribus nostris inremissibiliter solvendum
 cui quidem Decreto et Sententie nostre perpetuum et irrevoca-
 bile robur imponimus. Hoc quibus sigillum nostrum est sub appen-
 sum Testimonio Literarum. Actum et Datum in Lincolniensi Do-
 minica qua Cantatur latere Anno Domini millesimo Quin-
 gentesimo Quinto Regni vero nostri Anno Quarto presenti-
 bus ibidem et Causam hanc nobiscum judicantibus Reve-
 rendo ac Magnifico Martino Dei gratia Episcopo Samogi-
 tie Nicolao Radziwillewicz Palatino Vilnensi et magni
 Ducatus Lithuania Cancellario, Nicolao Mikolajewicz et
 Palatino Trocensi, Stanislawo Tlebowicz Palatino Polocensi
 Mareschalo nostro Stanislawo Capitaneo Samogitie et Castela-
 no Trocensi, Michale Duce Hlinen et Domino in Turou
 Curie nostre mareschaleo Supremo et Gregorio Lac ali-
 isque quam Plurimis Nobilibus Testibus Viris Fide Dignis.

Ad Relationem magnifici Ni-
 colai Mikolajewicz Palatini



1505. Lokus Kopia Dekretu
Oczewskiego Alexandrowskiego na
Sejmie walnym w Przesciu
w Sprawie Imi. Augustya
now Rządu Przesckiego Fe-
rowanego

~~~~~  
~~~~~

6162

